Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26147
Copyright: Admont, Benediktinerstift

corporum iacere quodammodo seminari. atque ibi protinus immortalia et incor-
ruptibilia reviviscere. cum et idem apostolus in ictu oculi futuram resurrectio
nem dicat. et in membris sine difficultate tanta velocitate rediturum antiquis
simorum cadaverum pulverem. Sed vellem de his potius audire doctio
res. Si ergo sanctos qui reperientur christo veniente viventes eique obviam rapien
tur crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros. et ad
eadem mox immortalia redituros. nullas in verbis apostoli patiemur
angustias. quando accipientes illud quod dictum est. Omnes quidem resurge
mus. scilicet tam boni quam mali. sed non omnes immutabimur. scilicet in sollempnitate
resurrectionis. De hoc etiam ambrosius ait. In ipso raptu eorum qui vivi re
perientur mors erit et resurrectio. ut anima quasi per soporem egressa de
corpore. eidem in momento reddatur. Et contra vero ieronimus testari videtur dicens.
quosdam in fine seculi advenientes christo non esse mortuos. sed vivos raptos
in immortalitatem mutandos. Horum autem quid verius sit. non est humani
iudicii diffinire. **Dupliciter intelligi christum iudicare vivos et mor**
cc.xl.vii. His autem adiciendum est dupliciter intelligi quod dicitur christus iu **tuorum.**
dicaturus vivos et mortuos. Aut enim vivi accipiuntur qui in
adventu eius vivi reperientur. licet in raptu moriantur. et mortui qui
ante discesserant. Vel vivi et mortui accipiuntur iusti et iniusti.
Cumque ex predictis sane credi valeat omnes resurrecturos. creden
dum est etiam quod omnes resurgent incorrupti. non utique impassibiles. quia mor
tem patientur eternam. sed sine diminutione membrorum. omnia humani cor
poris habituri membra. nec tamen gloria ac spe immortalitatis induentur.
cc. xlviii. Solent autem nonnulli percontari et querere. **Quod omnes incorrupti.**
an in eadem etate et statura corporis omnes resurrecturi sint. secundum
mensuram etatis et stature christi. Ideo quia apostolus ait. donec occurramus